8

235.

Clariss.o doct.mo Viro
D. NICOLAO HEINSIO
C. HUGENIUS
S.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Grandes tibi gratias reddo, Vir amicissime meo et meorum nomine, pro ternis Maronibus ad nos missis. Non potis dubitare quin acceptissimus cuique suus fuerit, qui noveris quam universis gratum et in pretio sit quidquid abs tua manu est. Ambigimus interim, quo consilio properaveris magno Regi, sed parum literato, et qui libros Latinos aestimare valeat ex sola mole, nudos Virgilij versus offerre, politos quidem illos non levi tua curâ, sed in quibus solis eruditis lectoribus apparere possit quantum profeceris. Expectaveram proinde notas illas tuas et censuras unà prodituras. namque sic de operae tuae pretio clarius constiturum. quando tu tamen aliter sensisti, nescire te nolo, avidè me illas lucubrationes expectare, et simul atque prodierint, novas iterum grandes grandioresque gratias acturum. De valetudine tua subinde vacillante quae narras aegre audio: jam enim vos in procinctu credebam itineris Westphalici. Cum aliter Lectinus deo visum sit, tu animum ne despondê: eâ nimirum aetate es, quâ fere sine miraculo naturae vis superiorem docet quovis morbo. unico nuper triduo Amstrodamum et Ultrajectum usque

Burm. F. 6. a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7122

ACAD. LUGD BAT. BIBL.

coactus fui excurrere, ut nihil otij superfuerit quo te
adire possem, quod in votis erat. Licebit, spero, aliâ
quâpiam occasione. Tu Vale quantum opto, ni Sit supra
erit quod à deo petas. Hag. $\frac{7}{17}$ Junij 1679.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7122

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7122

Myn Heere

Myn Heere N. Heinsius &c
tot
Vianen.

't Port is betaelt tot Utrecht.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7122